RECVEIL
DE PIÈCES










6

Sum Jois du Chastel pbri Tornacen
Diocesis: ac pastoris in [illegible] [illegible]

1481
1509
1568
1574
1589

23



Statuta synodalia diocef Tornacensis

Henricus:
De Clugniaco miseratione diuina tt. Sancti
vitalis sacrosancte Romane ecclesie presbiter
Cardinalis et episcopus Tornacen Pastora/
lis officij debito/et obligationibus quibus diui
ne maiestati astringimur. Inquantū possumus sa/
tiffacere desiderātes Et eo magis quo sua pieta
te/nos ad Cardinalatus dignitatē vocare pla/
cuit. Disposuimus hanc nostrā Synodū gene/
ralem nunc celebrare/ut in ipsa/tum exortatio/
nibus et admonitionibus salutaribus Tum sta
tutorū per predecessores nostros bone memorie
episcopos Tornacen editorū/recordatione.tum
ipsoꝝ declaratione/et in eisdem additione/ gregi
nobis cōmisso facius prouidere/ꝛ ipsum spūali/
ter pascere valeremus. Et hinc neruus/ecclesia
stice discipline/salutarisq doctrine/magis vige
ret excessusq corrigerentur et errores emendarē
tur Quequidem predecessorum nrorum statuta
robur plenarie firmitatē habere volumus Inquantū
illa nostris infrascriptis/et nostra illis/non cō/
tradicant perinde ac si nunc per nos ac in nostra
Synodo generali primitus edita forent/ꝛ de verbo



ad verbum publicata Mandantes ob hoc et in//iungen decanis nr̃is xp̃ianitatis ac singulis presbiteris nostre diocesis/precipue ecclesiarũ parrochialiũ rectoribus. quatinus verã copiam hu//iusmodi sequentium et publicandorũ statutorũ infra tres menses ad tardius habeãt. vt illa frequenter legendo melius intelligant et obserua//re studeant Cum quibus altissimo fauente nostra proxima in Sinodo compareant/ et vt moris est coram se teneant/ad sũmi pastoris laudem et status ecclesiastici honorẽ. vt de bono et salubri opere magis commendari possint.

Primo de baptismo et adiacẽtibus Ca. i.

Iniungimus Curatis vicecuratis et alijs pres//biteris nostre diocesis quatinus reuerenter/ ac cum grauitate et modestia baptismi sacramentũ in ecclesia et non extra Nisi in casu necessitatis ministrent/ verba sacramentalia tractim profe//rant. Crisma/ oleum sanctum/ fontes et pisci//nas cum omni mundicia et puritate teneant/ Obstetrices & mulieres quid & qualiter in casu necessitatis circa dictũ sacramentũ agendũ sit instruãt. Item. ordinamꝰ ꝓ leuãdo ꝓlem masculini sexꝰ de sacro fõte vlt̃ duos viros cũ vna muliere Et ꝓ feminei sexus vlt̃ duas mulieres cũ vno viro absqꝫ nr̃a seu decani xp̃ianitatis loci

licentia non admittant. Nisi ipsi leuātes in dig
nitatibus seu sacris ordinibus fuerit constituti
quo casu tolleramus hmōi numerū leuātiū pos
se excedi. iniūgant etiā pbr̄i baptisantes/ puerū
leuantibus/ vt ipsi in fidei articulis instrui ꝓcu/
rent et ad hoc dicti leuantes astringantur.

Item inhibemus decanis nr̄is. Curatis ꝛ vice/
curatis. ceterisqꝫ pbr̄is et religiosis nr̄e dioceſ.
Ne mulieres q̄ in incestu stupro/ aut de pbr̄is vel
religiosis conceperūt. Nec etiam moniales hos/
pitalarias. beghinas aut alias religiosas ad pu
rificationem seu reconciliationem post partum
recipere seu purificare presumant/ absqꝫ nrā aut
curie nostre Tornaceñ licentia speciali.

Item. etiā Similiter inhibemus ipsis ecclesia/
rum parrochialiū rectoribus presbiterisqꝫ et re
ligiosis dicte nostre diocesis. Ne mulieres que
in adulterio seu fornicatione conceperunt/ ad pu
rificationem post partum. absqꝫ scitu et licētia
decani nostri xpristianitatis loci admictant.

Item. precipimus parrochialium ecclesiarum
rectoribus pbr̄isqꝫ et religiosis dicte nostre dio
ceſ/ quatinus in baptismo inquirant diligenter

et sciant nomina et cognomina parentum par//uulorum procreatorum huiusmodiqz nomina et cognomina atqz parrochias quibus degunt in scriptis redigant Necnon litteras consensus tam curie nostre q̄ decanorum xpristianitatis de mulieribus purificand fideliter semel in an//no dicte curie nostre exhibeant.

B **De sacramento Eucharistie. C.ij.**

Item statuentes ordinamus ob reuerēciam sa//crosancti sacramenti vt sacerdos accedens visi//tare infirmos Cum sacramēto eucaristie/ aut ex//treme vnctionis faciat lumen ante se deferre/ ac nolā sonare/ et in habitu decēti publice incedat.

Item iniūgimus Curatis et vicecuratis/ ac alijs pbr̄is. vt altaria. Mappas. Cortinas. ampulas et piscinas ac vestes sacras/ ac ornamenta alta//ris et eccłe cū omni puritate et mūdicia cōseruēt Et super hoc decani vigilent/ et quos negligen//tes vel culpabiles in premissis inuenerint curie nostre referant canonice puniendos.

De Matrimonio. Ca.iij.

Item inhibemus omnibus curatis et vicecura//tis nostre diocesis. ne de cetero proclamationes bannorum super matrimonijs contrahendis faci

De confirmatione

...e precipimus omnibus curatis ut diligenter plebes admoneant
...t pueros nondum confirmatos adducant ad tempus quo eum solus
...os confirmare. Et moneantur parentes ut hic confirmatos
adducant ad ecclesiam, ut presbiter lavet frontem eorum et aqua
...ctionibus eorum inuncte bendelorum conferuntur. Et si pueri sunt
...nodecim annorum vel amplius confiteantur
...d tempus in eorum confirmatione nomen possunt mutare. Et
...n fuerit semel confirmatus, non accedat amplius ad confirmationem
...excommunicationis sub pena excommunicationis. Cum ad veniunt ad confirmationem,
...moneantur ut dicant pater noster, et usque ad ultimam ma...
...tant in ecclesia que super confirmandos fuerit facienda
...te precipimus sacerdotibus ut in sua ecclesia publice
denuntient quod in confirmatione (sicut in baptismo) contra-
...itur compaternitas, que non solum impedit matrimonium
contrahendum, sed etiam dirimit contractum

De extrema unctione

...m crismate et aqua baptismi deferatur oleum sanctum ad infirmos
...diligenter cum psalmis letania et orationibus ad hoc institutis legantur (dicantur)
...te presbiter moneatur semper ut indifferenter ad quatuordecim
...dus terra et supra singuli eo accedat ubi necesse fuerit
...iudicatur nec pauperes se pro egestate excusent inungi
...stupa diligenter in singulis membris inunctis expressa, et
...super comburatur et cinis in sacrario reponatur.
...te hortamur sacerdotibus quod hoc sacramentum licet possit iterari
...in qualibet gravi et periculosa infirmitate. Et
...suscepturi quorundam sacramentum, prius confessionem emittant.
...te curati et vicecurati habeant semper in promptu et ad manum
...d necessaria ad sacramentum extreme unctionis, ut si dum illa pre-
...venerit habeant, interea decedant egroti sine huiusmodi sacramento ex
eorum culpa et incuria.

De ordinibus

...districtissime statuendo omnibus clericis huius diocesis parochiales ecclesias
...capellanias et preposituras vel alias curas animarum, ut
...singula tempora ordinum offerant se ordinandos episcopo, pro
...t omnibus beneficiis requisierit, etiam non vocati sed possessi
requirere de his, que pertinent ad sufficientiam ordinandi.

¶ Statuimus ut ecclesiarum curati et beneficiati residentiam et deser-
viant ecclesiis eorum/ nisi a nobis super hoc cum eis dispensatum
aliter declarantes contrafacientes fructus in manibus nostris/ reddituri
nobis tempore computorum rationem

¶ Item nullus accedat ad ordines: qui prius non fuerit confessus et
confessus/ et usque ad finem misse non recedat absque licentia tempore celebrationis

¶ Qui ordinandi diligenter ante ordines confitebuntur: ut munditia
mentis et corporis gratiam recipiant ampliorem

¶ Prohibemus omnibus qui tonsuram clericalem et quoscumque ordines sacros
vel non sacros ab aliquibus episcopis recipiunt nostra speciali licentia super hoc non

¶ Item revocamus alios contrantes qui a nobis sunt ¶ obtenta
nostra vires gerentes in nostra diocesi tonsuram clericalem vel quos/
cumque alios ordines fuerint recepturi/ sine licentia suorum episcoporum

¶ Item precipimus quod nullus accedat ad ordines/ nisi etate moribus
et scientia dignus existat/ et sub certo titulo/ vel quod ad minus ha
beat iusto titulo tres libras grossorum: de quibus constet quod non
fuerit in fraude factum/ et quod ab eo non possit amoveri/ et
debet illam provisionem non alienare/ donec sibi sufficienter provisum fuerit

¶ Item omnes publicos concubinarios aut de incestu cum personis vel
feminis spiritualibus aut aliis notorie diffamatos et suspectos ab
sacramentorum administratione suspendimus Contra quos nisi se cano
nice purgaverint secundum iuris formam et regulam procedere intendimus

¶ Monemus item districte omnes sacris ordinibus constitutos/ lap
sum carnis atque libidinis in eis non esse simplicem fornicationem
sed longe gravius peccatum/ aliquibus quod sponte/ cum sit votifragium
et eo plus clerici in maioribus constituti ordinibus iam deo
consecrati: spiritualis incestus atque sacrilegium Et ob
eam rem consideraverint illud lapsum debere inter casus re/
servatos annumerari

¶ Denique precipimus omnibus ad sacros ordines admissis
et presertim sacerdotibus/ ut caveant a tabernarum
ac ludorum publicorum frequentia et crebra visita/
tione Nam hec omnia in usum deducta: statum ecclesiasticum
dedecorant et dehonestant   Postea sequitur de sacra/
mento eucharistie ut patet folio x°

ant Nisi dominicis diebus et aliis festis solem//
nibus per totam diocesim ~~Tornacen generali~~// nostra
~~ter~~ obseruari solitis et hora summe misse ~~circa of//~~
~~fertorium et in ambone ecclesie.~~

Item statuimus et ordinamus quod si duo contrahe//
re volentes sint diuersarum parrochiarum in eodem
decanatu Curatus litteras suas testimoniales
super bannis proclamatis scribat alteri Curato
Si vero dicti contrahentes diuersorum decanatuum
nostre diocesis existant Curatus decano suo scribat
Et decanus illas litteras roboratas mittat de//
cano alterius contrahentium Qui quidem decanus/ Cu
rato suo sub eo degenti scribat Et si oriundus de
nostra diocesi contrahere velit cum persona aliene dio
cesis Curatus suas litteras dirigat decano suo
Et decanus illas roboratas mittat officiali nostro
pro quibus litteris concedendis Curatus vltra
quatuor/ et decanus vltra ~~sex solidos monete re~~ duodecim grossos flandriensium
~~gis~~ non recipiant. Si autem persona aliene dio
cesis in nostra diocesi matrimonium contrahere volue
rit/ non admittatur ad huiusmodi matrimonium
absque nostra seu curie nostre licencia speciali.

octo grossos

Item inhibemus Curatis vicecuratis ceterisque
presbyteris ne sine licencia speciali curie nostre ad ma
trimonii solemnisationem admittant illos quos

sciuerint sponsalia clandestine contraxisse/ vel
eorum matrimonium bannis et ecclesie solemni
tatibus omissis carnali copula cõsummasse/ aut
vbi sciuerint oppositionem vel impedimentũ in/
teruenisse. Et quid de premissis sciuerint p famã
vel alias curie nostre Tornacen̄ Rescribant et de
nuncient indilate. Etiam ne aliquos ad sponsa
lia extra ecclesiã vel cimiteriũ aut ad matrimo/
nij solemnisationem ante solis ortum/ vel cõtra/
here volentes ad sponsalia per verba de presenti
admictere presumant.

Item. inhibemus nr̃is decanis ne de causis spon
salium matrimonij seu diuorcij aut alijs ad forũ
nostrum ecclesiasticũ spectan̄ cognoscere vel eas
corã se tractari facere quoquomodo presumant. gratia

hij qui [illegible] sponsalia contraxerint etate legitima nolentes mutuo absoluant ab illa promissione futurarum nuptiarum nisi ... auctoritate ... et causa ... absoluantur ... declarent

Item prohibemus sub pena excõmunicationis.
Omnibus et singulis subditis nostris qui sunt
matrimonialiter copulati/ ne absq3 iudicio ec/
clesie se ab inuicem separent aut segregatim vi/
uant aliquos ve cõtractus vel promissiones iu/
ramẽta aut vota de seorsũ manendo facere vel in
ire presumãt. Et quos de premissis decani vel cu
rati nouerint culpabiles Curie nostre referant
secundum casus exigentiam. puniendos

Item statuimus et ordinamus ne in celebratione sponsalium aut matrimonij fiant ab assistentibus risus leues et ludicri gestus aut dicantur verba inhonesta / aliud vel quippiam fiat / quod redat in irreuerentiam et contemptum ecclesiastice grauitatis Et sacerdos curati qui viderint ista ridicula fieri ab aliquibus contempnentibus audientibus / sinere non [illegible] et curie nostre referant puniendos / Ut et ceteri timorem habeant ·X·

X.

Item sacerdos sciscitetur ante sponsalia ab utroque volentium contrahere / si inter eos sit aliquod impedimentum / propter quod non possit compleri matrimonium. Ita faciendo citius illis adhibebitur remedium / quam cum ad nuptias sunt preparata / quod tamen oportune potuisset prestari / si tempore sponsalium fuisset impedimentum declaratum

Item sacerdos tempore sponsalium admoneat utrumque contrahentium / quod tempestive confiteantur ante matrimonii solemnisationem et libere declaret omnia sua dubia idoneo confessori suo cum possint omnia mature discuti / quam si tantum reuelent diem precedentem nuptias / non recte possunt determinari

Denuo ordinamus et precipimus / quod sacerdos ad nuptias vocatus
nichil inhonestum in verbis risu aut gestu perpetret neque
choreas exerceat / hec enim omnia vergerent in infamiam
status ecclesiastici / et aliis prestarent offendiculum

Item iubemus quod sacerdos moneat contrahentes sponsalia
quod ab opere actu carnis quousque fuerint celebrate nuptie
abstineant sub pena excommunicationis et alia canonica

Postremo admoneantur sponsorum et sponsarum parentes
ne liberos suos invitos cogant ad contrahendum cum aliquo
aut aliqua quia consensus in matrimonio debet esse liber

Sequitur de penitentiis et indulgentiis

Item. Reseruamus nobis et vicariis nostris absolutiones a maioribus peccatis. vtputa peccato contra naturam in viris vltra vicesimum annum Raptu virginis/ homicidio. icendio. symonia. heresi et apostasia. Sacrilegio vltra q̄draginta solidos. incestu cū patre matre/ filio filia fratre et sorore. Cum religiosis mulieribus professis. iniectione manuum violenta in parentes ex deliberatione facta/ sortilegio quod fit circa sacramenta vel sacramētalia/ oppressione paruulorum volūtarie vel negligenter facta/ negligencia parentum in igne ꝛ aqua/ natos perdentium/ periurio solēni/ et fidei fractione ī curia nrā Tornacen̄ et alibi iudicialiter facta. Voti solemnis transgressione. Maleficio impediente coitū. procreatione sterelitatum vel abortiuorum/ propinatione veneni/ heretticali et magna blasphemia deo et sanctis/ vel ecclesie. ex animi deliberatione facta falsificatione litterarum nostre Tornacen̄ curie/ omni excommunicatione. tam a nobis q̄ꝫ a canone lata/ et omni peccato hiis simili vel grauiori. Nisi sit sancte sedi apostolice de iure reseruatum/ in quibus casibus maiorem auctoritatē a nobis nō habentibus excepto ī morte articulo omnimodam absoluendi interdicimus potestatem.

Item. ne deinceps hesitetur qui casus decanis nostris xpristianitatis/ sint cocessi/ eorum decla// rationem hic duximus anotadam. Et sunt hij videlicet peccatum cotra naturam/ in omni etate a mulieribus perpetratum Et in viris citra vi// cesimu annum. Pollutiones in omni etate. Per iuria et fidei fractiones extra iudicium facte/ Vo torum non solemnium trasgressiones. Iniectio nes manuum in parentes et in clericos citra deci muqrtum anu/ vbi non fuerit gravis lesio vel deli beracio Sortilegia que non fiut circa sacrame// ta/ vel sacrametalia Paruulorum oppressiones casuales Clandestine nuptie/ incestus Excepte patre matre filio filia fratre et sorore Stuprum virginis/ omnia adulteria hoc saluo qp si clan// destine nuptie/ incestus/ stuprum/ et adulteria hu iusmodi per duos testes aut plures qui hijs in// terfuerint aut alias p comunem famam vel infa miam probari possint prius super h ecclesie vel nostram iurisdictionem excercentibus satisfiat. iniectiones manuum mulieru in clericu vel sacer dote vbi no est enormis lesio. de qua tame si pro bari possit vt dictum est/ prius leso et ecclesie sa tisfiat. Sacrilegia de. xl. solidis/ et infra dumo// do debita fiat restitutio ecclesie de eisdem/ ac om nia peccata eis similia et inferiora/ quequide in// feriora rectoribus parrochialiu ecclarz dimittu tur/ vtputa inordinati cocubitus/ cu mulieribus mollicies/ Peccata cotra natura in etate puerili

4m

in viris vsq3 ad decimumquintum annum/et in mulieribus vsq3 ad vicesimumquartum ānnm Adulteria ex vna parte prouenientia. dampni//ficationes et furta dūmodo fiat restitutio q̄pcito facultas se obtulerit Leuis iniectio manuum in parentes Sortilegia in rebus minimis et cōmu//nibus vbi non est horror et turpitudo/Stuprū virginis occultum/aborsus nō pcurati/sed ca//suales/et hīs similia.

Item inhibemus omnibus et singulis sacerdo//tibus Ne cōfessiones mulierum cū quibus car//naliter peccauerint vel eas ad peccandū induxe rint audiāt/nisi in magno necessitatis articulo.

Item statuimus et ordinamus q̄ si alicui sit im ponēda pena publica aut solēnis penitētia. Talis ad nos vel vicarios nostros remittat absol//uendus.

Item precipimus omnibus et singulis eccl'iarū parrochialiū rectoribus vt suos parrochianos sepe moneāt ac hortētur et inducāt vt frequē ter ad cōfessionē accedant ad minus semel in āno oīa pctā sua cōfiteātur suo proprio sacerdoti scilicet rectori parrochialis eccl'e vel alteri de eius

licēcia. Quiquidem rector parrochialis ideo ma
gis proprius dicitur esse sacerdos quia non so//
lū cōfessiones audit Sed etiam ministrat sacra
menta. Et vnacū hoc corpus xpristi reuerenter
recipiāt et quos scinerint omisisse infra mensem
post festū pasche quolibet āno curie nr̄e referant
vel rescribant absq3 dissimulatione quacūq3.

Item animarum subditorum nostrorum saluti
prouidere cupiētes Omnibus vere penitentibus
et confessis qui matrem eorum ecclesiā Torna//
ceū/ deuote visitauerint/ et de bonis eorum dederīt
Centum et quadraginta dies. Item. benefacto
ribus pauperum suarum parrochiarum quadra
ginta dies. Item. omnibus et singulis cotidie
deferentibus funera seu corpora pauperum de do
mibus ad ecclesiam. et qui exequiis interuerint
Triginta dies. Item. omnibus et singulis flec
tentibus genua/ et dicentibus pater noster qui
in missa audierint nominare hoc nomen Ihesus
vel hoc nomen Maria. vel hec verba Et verbum
caro factū est/ viginti dies. Item. comitātibus
presbiterum/ corpus xpristi vel extremam vncti
onem ad infirmos deferēt/ si fuerit de die/ vigīti
si fuerit de nocte quadraginta dies. Item. illis
qui deuote intersunt processionibus que fiunt
in suis ecclēiis parrochialibus viginti dies. Itē
qui exequiis et funeralibus presbiterorum in//

Item determinamus quod omnes animarum curam habentes diligenter
iniungant quod omnes sui subditi sciant orationem dominicam
et salutationem angelicam simul et articulos fidei qui in utroque
credo continentur ac mandata dei et ecclesie, quos ad circa predicta
ignorantes invenerint diligenter instruant. Sint etiam curati
multum soliciti monere magistros scolarum ut scolasticos
suos erudiant diligenter circa predicta fidei christiane rudimenta
omnibus summopere necessaria.
Ordinamus item quod curati de cetero faciant pronunciationem misse inter
oblationem et secreta, ita quod si ante vel post fiat pronunciationem
plerique postea intersunt misse qui non intersunt pronunciationi

[illegible] parochianis curatos dec[illegible]

deligentes ad conveniendum de fide suorum diocesib(us) q(ui) sint

de superstitiosis cotidianis/ tam circa morborum [illegible]

curam [illegible] [illegible] curationes

Item precipimus cunctis curatis q(uod) non p(er)mittant/ [illegible]

cappellanos et sacerdotes ignotos regulares celebrare

in suis ecclesiis/ nisi prius constiterit eis de vita [illegible]

[illegible] et ordinatione eorum p(er) litteras [illegible] [illegible]

[illegible] de sacerdotibus p(er) vias transeuntibus/ gravitate

et honestate pro se [illegible]

terfuerint quadraginta dies. Item qui prime misse sacerdotis noui interfuerint quadraginta dies. Itē illis q̄ ob reuerentiā et honorē domini nr̄i Jhu xpristi/ et ecclesie sancte assurgunt/ sacerdotibus/ viginti dies de iniunctis sibi penitē/cijs relaxamus.

Item statuta predecessorum nostrorum insequē do et ad obuiandum fraudibus que in foro penitentiali committi possent statuimus et ordinamus q̄ de cetero religiosi mendicantes qui singulis annis ad predicandum et cōfessiones audiendum per nos seu vicarios nostros admittuntur litteras admissionis eorum/ decanis locorum vbi predicare seu confessiones audire intē dunt presentare teneantur/ anteq̄ʒ actus confessionis et predicationis exerceant/ vt ipsi decani in prima eorum conuocatione nomina dictorum religiosorum admissorum/ cum eorum potestate facta per cedulas et alias curatis valeant declarare/ alias nullatenus admittantur.

Item reuocamus exnunc omnes et singulas facultates per nos quibusuis personis ecclesiasticis secularibus seu religiosis/ cuiuscūqʒ ordinis de absoluēdo subditos nostros in casibus nobis vel nostris decanis xpristianitatis aut curatis

nostre diocesis reseruatis et commissis per nos hactenus concessas. Volumusque et precipimus quod eisdem facultatibus non vtantur Nisi a nobis super hoc in scriptis specialem obtinuerint commissionem et facultatem.

De testamentis et sepulturis Ca. v

Item precipimus et iniungimus decanis nostris quatinus bona mobilia presbiterorum quorumcumque nobis subditorum in nostra diocesi decedencium, statim post obitus eorum, arrestent fideliter inuentorient, et sub stricto et securo arresto inuentoriata teneant, quoadusque eis constiterit an presbiteri defuncti testamentum condiderint vel non Si autem intestati decesserint bona predicta sic arrestata et inuentoriata per dictos decanos ad maiorem vtilitatem vendantur. Et taliter super hoc decani disponant quod ipsi inde regentibus et officiariis nostris compotum et rationem loco tempore debitis reddere possint. Si vero testamentum condiderint non relaxent decani arrestum nec manus inde ammoueant quoadusque eis legitime constiterit testamentum predictum, per nos, seu curiam nostram fuisse et esse approbatum. Tunc, enim et non citius, tolleramus bona ipsa tradi executoribus testamenti, seu aliis per officialem nostrum

loco ipsorum executorum vel alterius eorundē
si onus huiusmodi executionis testamenti assu
mere recusauerīt surrogendis / iniungendo eccle
siarum parrochialium rectoribus quatinus no/
mina et cognomina eorū qui in suis parrochijs
fecerint testamenta suis decanis rescribant / infra
mensem post obitū testatoris / ac eciam noīa et
cognomīa executorꝝ Quiquidē decani sup hoc cu
riam nrām informent infra mensem sequentem

Item statuimus ut executores testamētorꝝ que
per Curiam Tornaceñ approbantur seu eorū lo
co surrogandi infra annum a die obitus testa/
toris coram gentibus et officiarijs nostris com
potum et rationem reddere teneantur. vocatis he
redibus testatoris et alijs qui ad hoc pro sua
interesse erunt vocandi. inhibeñ dictis executo
ribus et surrogatis ne huiusmodi testamentorꝝ
executionem suscipiāt vel bona testatoris appre/
hendant donec et quousqꝫ legale ꝛ in fide digno
rum presentia fecerīt de dictis bonis inuentariū
in scriptis fideliter redactum

Item precipimus ōnibus ꝛ singulis rectoribus
parrochialiū ecclesiarū quatinus suos parochi
anos publice moneant / et sepius exhortētur. vt
testamentorum executiones quas susceperunt

diligenter et fideliter expleant et precipue de le/
gatis factis ecclesie et pijs locis ac ecclesiasti/
cis pauperibus aut miserabilibus personis satis
faciant et quos dicti rectores sciuerint in premis
sis remissos et negligentes curie nostre nunci/
ent et scribant indilate.

Item. inhibemus parrochialium ecclesiarum
rectoribus Ne ecclesiastica sacramēta ministra
re presumāt illis qui extra eorum parrochias se
dicunt aliud domicilium habere/ et ibi fuisse con
fessos Nisi ipsis rectoribus cōstiterit p litteras
rectoris huiōi alterius domicilij ipsos debite fu/
isse confessos/ et sacramentum eucaristie recepis
se Et si tales decesserint eorum corpora ecclesie
sepulture non tradantur absq3 curie nostre li/
cencia speciali Et si viui in tali errore per bien/
nium perseuerare presumpserīt/ nomina talium
precipimus per dictos rectores/ curie nostre descri
bi vt super h' prout decebit prouideatur.

Item prohibemus ne quis cadauer excōmunica
ti abortiui aut alterius sepultura ecclesiastica
indigni sepelire presumant. Nisi sub distātia vi
ginti pedum a Cimiterio ecclesie parrochialis.

Item. cum salus animarū sit rebus ceteris pre ferenda Statuimus vt quilibet pro salute ani/ me sue de rebus z bonis suis causa vltime sue vo luntatis testari vel alas disponere valeat/ preser// tim ad pios vsus libere z quiete. in omnes vero qui contra huiusmodi statutum nostrum fece// rint. aut venerint directe vel indirecte tacite vel expresse/ clam vel palam seu auxilium consiliū prebuerint/ vel fauorem vnacū alijs penis a iu// re statutis/ excōmunicatiōis sentenciam in hijs scriptis proferims. Quequidem testamenta seu testamentarias dispositiones Cum de illis p sa/ cerdotem testatoris vel scabinos loci/ aut alios fidedignos quos testator/ vel dispositor elegerit seu qui presentes fuerint legitime constiterit/ de fendere intendimus et tueri prout de iure/ et debi te executioni demandari facere quolibet impedi// mento in contrarium prestito non obstañ.

Item. inhibemus dictis rectoribus et alijs pres biteris. Ne absqz nostra aut Curie nostre licen cia speciali/ ecclesiastice tradant sepulture corpo ra seu Cadauera vsurariorum īterdictorum seu excōmunicatorū quorumcūqz. Nec illorū quos per famam vel alas sciuerint seu dici audiuerint homicidiū notorie perpetrasse/ vel in īcestu. seu a dulterio/ abiectis suis vxoribus/ et simili fedita te etiā p plures annos non confitendo. Nec sua

ecclesiastica sacramenta recipien vixisse. Nisi eis constiterit tales absolutionis beneficium ob tinuisse Et per nos aut curiam nostram litte// ras inde visas et debite examinatas Similiter ne cadauer siue corpus alicuius in ecclesia vel ci miterio polluto inhumare/ aut sepelire presumāt seu permittant.

De seruicio diuino et nōnullis cōcernen officia decanoꝝ et curatorum. Ca. vi.

Item precipimus decanis nr̄is vt quociēs in eo rū decanatibus cōtigerit iuridcōnem nr̄am eccle siasticā et spūalem seu obseruationē Simodorū suarū impediri vel ecclesiarū emunitates infrin gi aut violari super h̄ mox faciant informatio nem diligenter ac ipsam in scriptis redactam cu rie nostre immediate transmittant.

Item iniūgimus dictis decanis Necnon curatis et vicecuratis ac capellanis ceterisqꝫ subditꝭ no stris in vim iuramēti per eos prestiti quatinus significent et intimeut dicte curie nostre seu pro motori causarum eiusdem Clādestinas affidati// nes necnon crimina excessus et delicta tā pbrōꝝ et clericorum q̄ȝ aliorum de quorum criminibus et excessibus ecclesia potest seu debet cognosce// re de consuetudine vel de iure.

¶ Item statuimus quod curati et eorum vicarii iniungant quod
ulterius dicant et faciant de preceptis quadragesime fiunt ita
ut omnes parochiani ante ramos palmarum sint confessi et
de quibus penitentie fiunt faciant quod si qui inuenti fu-
erint a paschate preterito usque ad ramos palmarum
per negligentiam aut contemptum non confessi non propter
aliud dimittat parochiani curatus ad confessores dioce-
sano sed predictos remittat usque post pasca nisi
urgente necessitate prudenter videret aliud esse faciendum

P

Item inhibemus decanis nostris Necnon cura/ tis et vicecuratis ac ecclesiaꝝ ministris et recto/ ribus ne in eorum ecclesijs aliquē pbrm̄ alie/ ne diocesis ad celebrandum missas ac alia di/ uina officia admictāt Nisi per litteras nrās aut vicariorum nrōrum de licēcia et grā nostris ex/ presse cōstiterit Nec dicti prouisores et ministri talibus pbrīs/ vestes calicem aut alia ornamē/ ta ad celebrādum apta ministrent.

Item iniungimus decanis nostris quatinus dili genter inquirant. de et super onere missarū et ser uicij ad quod beneficia sui decanatus astringū/ tur et sūmopere vigilent ne huiōi beneficia obse quijs defraudentur/ et vbi defectū inuenerint sta tim huiōi beneficiorum fructus et bona in et sub manibus nostris arrestent Et de dictis bonis fa ciant huiōi beneficijs deseruiri/ et eciā quod omis sū fuerit debite suppleri/ de residuo nobis aut vi carijs nrīs tempore et loco redditum compotum et racionem.

Item iniungimus Curatis et nō curatis ceterisqз presbiteris et beneficiatis in nostra diocesi/ qua tinus horas suas canonicas ad vsum dioces de bite legāt. ipsiqз Curati et ecclīaꝝ parrochialiū rectores/ diebз dominicis et festiuis et alijs diebз

quibus eis incu̅bit missas et alia diuina officia celebrent/ populumq̄z eis commissum hortentur excitent/ et inducāt/ diebus dominicis ꝛ festiuis ecclesiam suam parrochialem frequentare/ ꝛ diuina officia audire et eisdem interesse Eundēq̄z populum fidei articulis instruant. ac crimina et maleficia detestentur.

Item. quia Cum tā de iure/ q̄ȝ vigore constitucionum prouincialium ꝛ Sinodalium/ parrochiani diebus dominicis ꝛ festiuis ad audiendum seruicium/ ecclesie et verbum dei/ in suis parrochialibus ecclesĳs/ venire debeant et eis intendere teneātur. Inhibemus omnibus et singulis Curatis ceterisq̄z pb̄ris et religiosis nostre diocesis. Ne dictis diebus dominicis ꝛ festiuis horis decantationum summe misse/ et vesperaru̅/ in Capellis extra dictas ecclesias parrochiales co̅stitutis diuina celebrare seu verbum dei predicare presumant Rectoribus seu gubernatoribus dictarum capellaru̅ ne hec fieri permittant.

Item hortentur dicti Curati et pb̄ri prout nos eciam hortamur omnes xp̄istifideles/ quatinus cum audient de sero campanam sonare/ ac pulsare ob reuerenciam beate marie virginis Ter Aue maria/ flexis genibus dicant. Intimaŋ

eis/ quod quilibet id facienti et in statu gracie exis tenti/ dominus noster papa viginti dies indulgē tiarū cōcessit. et nos decem eis concedimus.

Item. iniungant dicti Curati suarum parrochia rum provisoribus et ministris/ tam fabrice quam mē se pauperum prout eciam eis iniungimus qua/ tinus quolibet anno in presentia decani xpristi anitatis aut saltem curati rationem et compotū de per eos administratis faciant atqz reddant. Et huiusmodi compota in presentia decani xpris tianitatis loci faciant/ in archivis et cistis dicta rum ecclesiarum secure custodiri et reponi.

Item precipiant et iniungant dicti Curati suis parrochianis vt festa et solemnitates dei et san ctorum diligenter observent et celebrēt/ et quos sciverint in hoc deficere vel errare dicte curie no/ stre referre non postponant.

Item. iniungimus decanis nostris quatinus di ligenter inquirant/ et nos informent/ infra qua tuor menses de et super bonis ad fundationem et dotationem Capellaniarum/ necnon Confrater nitatū adhuc nō cōfirmatarum concessis. et col latis/ et qualiter de dictis bonis disponitur vt cō

grue super hoc prouideatur. inhibeantqz dicti decani prout eciam inhibemus ne in dictis Ca/pellanijs et confraternitatibus nondum confirmatis/misse vel alia diuina officia absqz nostra licencia celebrentur.

Item prohibemus sub pena excommunicationis et pena per curiam nostram arbitranda Omni/bus presbiteris Curatis et non curatis ne quis missam bis in die/celebret seu celebrare presu/mat Nisi illis diebz quibus per ecclesiam fieri permissum existit.

Item inhibemus sub pena excommunicationis omnibus et singulis pbris Ne quis duabus eccl'ijs parrochialibus simul et semel/nec alteri ecclesie parroch ppria dimissa deseruire psumat/absqz nostri aut vicariorum nostrorum licecia speciali.

Item iniungimus dictis Curatis et vicecuratis quatinus parrochianos suos hortentur et mo/neant vt sacramentum confirmationis reuerenter suscipiant et eorum proles huiusmodi sacramen/tum suscipere faciant et procurent/suisqz parrochianis/verbo doctrina et exemplo/viam salutis animarum suarum doceant ac eos hortentur/et

excitent vt pueros suos ad studium litterarum deputent. Et precipue pater noster. Aue ma/ria/ Articulos /fidei Confiteor/ Septem psal/mos/et alias similes orationes et ecclesie suffra gia adiscere faciant.

Item precipimus et iniungimus omnibus et sin gulis ĩ nostra diocesi beneficia obtinẽtibꝫ/qua tinus tẽporibus ad h̄ statutis ad ordines quos beneficia sua requirant se faciant promoueri/et in eisdem beneficijs residenciam faciant persona lem/ipsis deseruiendo Nisi super h̄ cum eis fue rit legitime dispensatum.

Item. precipimus et mandamus ne deinceps in nostra diocesi aliquis per vicarios nostros ad sacros ordines promoueri permittatur. Nisi eis debite constiterit ꝙ ipse promouẽdus beneficiũ ecclasticũ liberũ/et nõ accõmodatũ/ꝙ ipsius su stentatione valoris annue minus trium librarũ grossoꝶ/aut bona patrimonialia totidem valoris sine fraude/oneribꝫ deductis habuerit. quod seu que dictus promouendus solemni iuramen/to non alienare promittet Nisi sibi de aliquo be neficio aut titulo cõpetẽti debite fuerit promisũ.

Item. inhibemus Curatis vicecuratis Capella/nis ceterisqꝫ pbr̄is nostre dioceß/ne ām̄odo cele brēt in altaribus maiori/beate marie/ꝛ patroni suarū ecclesiarum Nisi fuerint cōsecrata/et alia procurent q̄tocius cōmode fieri poterit cōsecrari/ in quibꝫ dūtaxat et nō in dictis tribus poterūt interim lapidibus portatiuis vti consecratis.

Item. inhibemus omnibus Curatis vicecurate et ecclesiarum prouisoribus nr̄e diocesis/ne ali quas cōfraternitates seu ghildas de nouo insti tui pmittant in suis ecclesijs Nisi prius nr̄a vel curie nr̄e licētia super hoc obtenta Cum cōsensu Curati loci q̄q̄ illarū cōuiuia seu cōmessationes nullatenus in suis eccl̄ijs/que domus orationis sunt/non cōuiuiorum/fieri neqꝫ cibaria in eccle/siarum cimiterijs/sub pena viginti librarū quo ciens id fecerint/preparari permittant.

Item. inhibemus Curatis vicecurate et eccl̄ia/rū prouisoribꝫ ne indulgētias quascūqꝫ in eorū ecclesijs seu Capellis admittant neqꝫ publicari aut altaribꝫ appēdi pmittant/Nisi de nostra vel vicarioꝝ nr̄oꝝ licētia sp̄ali litteratorie cōstiterit.

De emunitate et libertatibus ecclesiarum et ecclesiasticarum personarum Ca vij.

Item precipimus et iubemus maiora festa fori ammissimo opere aliquo diligenter et sedulo ab omnibus observari, videlicet festum pasche cum die sequenti, ascensionis, penthecostes cum die sequenti, trinitatis, venerabilis sacramenti, Quinque festa crucis, nativitatis sancti Johannis baptiste, Magdalene, laurentii, assumptionis beatissime marie virginis, nativitatis eiusdem, Exaltationis sancte crucis, Michaelis archangeli, luce evangeliste, Omnium sanctorum, Martini, Catherine, Nicolai, Conceptionis eiusdem beatissime virginis, Nativitatis domini, Stephani, Johannis apostoli, Innocentum, Circumcisionis, Epiphanie, Purificationis, Annunciationis, omnibus diebus dominicalibus et sanctorum apostolorum ~~prius~~

In festis autem sequentibus servitio divino completo, poterit quilibet qui voluerit operibus seu officiis suis exercere, videlicet feria tertia et quarta post pascha, feria tertia et quarta post penthecostes, ipso die marci, quo fit abstinentia a carnibus cum processione, beate anne, decollationis sancti Johannis, Mathei, remigii et bavonis, Commemorationis fidelium ~~animarum~~ defunctorum, Vincentii, Conversionis pauli, Cathedre petri et beati eleutherii episcopi. sancti mathie

Item inhibemus expresse sub pena excommunicationis, ne die omnium sanctorum conveniant in hac civitate famuli nec ancille se locaturi ~~vel locature~~ vel locature, sed eligant eius die sequenti aut alia commodiorem.

Item et sub simili pena expresse inhibemus, ne taberne cabareta nec macella seu loca in quibus carnes venduntur diebus dominicis et aliis festivis supra declaratis, nisi completo in eorum parochialibus ecclesiis huius civitatis servitio divino, quovis modo aperiantur, nec ad tabernas nisi viatores et extranei ulli admittantur.

Inhibemus insuper ut ipsis diebus dominicis et festivis et durante huiusmodi servitio sagittarii, balistarii seu quibus alii ad spectandum sive ammicul ad sagittare

... et libertatibus ... pertineat

Item. omnibus et singulis subditis nr̃is inhi/
bem9 ne in ecclesiis Cimiteriis aut locis sacris
placita secularia teneant/ aut exerceant/ vel ex
erceri permittant/ Ludos quoqz ioculatorum et
histrionũ vel forũ rerũ venalium seu proclamati
ones edictorum vel bannorum iusticie secularis
fieri tollerent.

Item. statuimus ꝙ vbicuqꝫ obsideantur ecclesie
vel cimiteria aduersus eos/ qui causa emunitatis
habende ibi confugiũt/ moneantur obsidẽtes ꝑ
locorum rectores seu eorum vicegerẽ/ vt rece/
dant et desistant Alioquĩ dicti obsidentes nunci
antur excõmunicati Et ibidẽ cessetur a diuinis.

Item. statuimus ꝙ si ecclesia vel cimiteriũ quo
uismodo polluatur sic ꝙ recõciliatione indigeat
Nisi ille vel illi qui in huiõi pollutionis culpa fu
erint/ infra mẽsem recõciliacõnem procurauerint
parrochiani loci infra duos menses sequẽ recõ
ciliationẽ fieri facere ꝛ ꝓcurare teneãtur Actio
ne eis cõtra illũ vel illos quorũculpa pollucio fa
